Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



40

no es memor amplius et ipi de manu tua repulsi sunt Ps. osue
runt me in lacu inferiori in tenebrosis et in umbra mortis
Super me confirmatus est furor tuus et omnes fluctus tuos
induxisti super me Longe fecisti notos meos a me po
suerunt me abhominationi sibi Traditus sum et non egre
diebar oculi mei languerunt p inopia Clamavi ad te
domine tota die expandi manus meas Numquid mortuis fa
cis mirabilia aut medici suscitabunt et confitebuntur tibi
Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam et
veritatem tuam in perditione Numquid cognoscentur in
tenebris mirabilia tua et iustitia tua in terra oblivi
onis Et ego ad te domine clamavi et mane oratio mea
praeveniet te Ut quid domine repellis orationem meam avertis
faciem tuam a me Laborans sum ego et in laboribus a iuventute
mea exaltatus autem humiliatus sum et conturbatus In
me transierunt irae tuae et terrores tui conturbaverunt me
Circumdederunt me sicut aqua tota die circumdederunt me
simul Longe fecisti a me amicum et proximum et notos me
os a miseria Gloria. Fundamenta eius in montibus sanctis
Misericordias domini in eternum cantabo In ge
neratione et generationem annuntiabo veritatem tuam
in ore meo Quoniam dixisti in eternum misericordia edificabitur in
celis praparabitur veritas tua in eis Disposui testamen
tum electis meis iuravi david servo meo usque in eternum
praparabo semen tuum Et edificabo in generatione et generationem
sedem tuam Confitebuntur celi mirabilia tua domine etenim
veritatem tuam in ecclesia sanctorum Quoniam quis in nubibus
equabitur domino similis erit domino in filiis dei Deus q
glorificatur in consilio sanctorum magnus et terribilis super omnes
qui in circuitu eius sunt Domine deus virtutum quis similis
tibi potens es domine et veritas tua in circuitu tuo Tu